



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Triapostolatus Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

20. Quomodo S. Rimbertus mansuetus simul & seuerus fuerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

sua redemptione precari videbatur. Et ut eam intelligeret fuisse Christianam, elauatâ alius voce cœpit cantare Psalmos. Episcopus autem miseratione commotus, diuinitus eam adiuuari cum lacrymis orabat. Ad cuius precas mox disrupta est catena de collo eius quæ vincta tenebatur. Ne tamen ipsa auferret, eam inter manus habentes pagani facillè obtinebant. Tum Sanctus Episcopus anxio de illa motus affectu, tenentibus eam paganis plura diuersi generis precia pro ipsa cœpit offerre. Sed illi nullam conditionem suscipere volebant, nisi suum eis daret equum, quo ad propriam sellam uti solebat. Quod illi facere non detractans, repente disiluit de equo, & cum omni quam ipse ad eum habuit paraturâ pro eadem dedit captiuâ, redemptamque libertate donauit, & quò vellet abire permisit: duplex, ut diximus, per hoc factum de se memoriale laudis relinquens, quòd & virtute orationis suæ catenam fregerit, & simul hoc insigne opus misericordiæ demonstrauerit.

## CAPVT XX.

*Quomodo S. Rimberty mansuetus simul & seuerus fuerit.*

**P**Roinde iuxta præceptum Apostoli, quo Seruum Domini iubet mansuetum esse ad omnes, ita vixit, ut suis temporibus nullus sicut ipse Mosaicum illud assimilauerit, quo vix

Miraculū

quo vir mitissimus super omnes homines fuisse describitur. Aliquoties tamen sine vlllo eiusdem mansuetudinis detrimento, ita inquirendis vel discutiendis causis constans ac fixus in sua sententia mansit, vt à nemine posset in aliud defleēti. Quod autem diximus absque mansuetudinis detrimento hoc fieri, tam veraciter in illo adimpletum est, vt nil vnquam iracundiæ vel commotionis contradicentibus ostenderit, vel verbis asperis contra eos egerit; sed familiaribus colloquijs & delectabili continentia gestu, cunctis sit amabiliter executus, quicquid intendebat. De ea tamen, quæ illi inerat inflexibilitate animi, à quodam familiaritè interrogatus, quæ infra habentur exposuit. Quæcunque, inquit, agere debeo vel omittre, teu de omnibus futuris mihi euentibus, prælagiū semper capio ex visionibus Domini ac decessoris mei Ansgarij. Solet enim mihi ipse apparens in qualitate vultus sui ostendere, qualiter me immiscere debeam rebus agendis, & quicquid de illo sentio, nullam ad hoc exequendum dissimulationem facere possum.

*S. Rimb-  
bertus à S.  
Ansgario sic  
bi apparen-  
te sæpius  
monetur.*

### CAPVT XXI.

*De Miraculis S. Rimberti, corporalibus & spiritualibus.*

**F**ertur etiam antiquorum more Sanctorum quædam fecisse Miracula, frequenter videlicet dum iret ad Sueoniam, tempestatem maris orationibus suis sedâsse, cœci